



Dissertatio Historico-Politica
DE
QUATUOR SUMMIS
MUNDI IMPERIIS,

sive
Monarchiis.

Quam
DEO propitio, ex Decreto permissuque
Inclytæ Facultatis Philosophicæ
publicæ συζητήσθ

M. G E O R G I U S Rabener Misn.

RESPONDENTE

G O D O F R E D O Berlachen Misnensi
Phil. Cand.

Horis & loco consuetis ad d. VI. Id.

April. subicit,

Anno æræ ἐνσαρκώσεως Ἰ. λόγυ

CLCXX.

Augustin. 1. de Trin II.

Non pigebit me, sicubi hesito quaerere, nec pudebit, me,
sicubi erro, discere.

L I P S I Æ,

Excudebat JOHANN. Gluck.



VIRIUS

Clariss. spectatiss. & Doctiss.

Dn. M D A N I E L I M E N I O,

Illustriss. ad Albim Gymnasij,
Rectori emerito;

ET

Præstantiss. Integerrimo & eximio

Dn. F R I D E R I C H O Tü r c k e n /
Quæstori in Grünhaysn digniss.

ILLI

Dn. Preceptori quondam meo fidelissimo.

HVIC

Dn. Affini de me optimè merito.

Patronis & fautoribus omni observantiæ cul-
tu ætatem prosequendis.

*Hanc dissert. H. P. debita gratitudinis testificanda
ergo, atq; in devoti animi argumentum*

officiosè

D. & D.

M. G. Rabener / Præses.





P R Æ L O Q V I U M.

Turpe est, inquit Mutius l. necessarium
2. §. Servius. 43. ff. de O. J. Patritio ac nobili viro,
jus in quo versatur ignorare; sed adhuc multo est
turpius, nos & in patria & domi peregrinos vide-
ri & exules. Loquitur Befoldus de cognit. & usu Jurispr.
n. 60. aut si mavis imperij nostri originem ignorare. Iccircò
operæ precium nos facturos arbitrati sumus, si nonnulla de
Mundi Monarchiis in præsentiarum proponeremus.

T H E S I S I.

Imperium autem Monarchicum omnibus
Reipubl. speciebus non immerito præfertur; cum
sit antiquissimum ^(a) & ex ipsa natura dependentem
habeat originem ^(b) nec non reliquis magis diutur-
num ^(c) magis perfectum & bono publico accom-
modatum. ^(d)

(a) Gen. 10. 8. & seqq. Bodin. L. 2. de Rep. c. 2. p. m. 296. Melch. Jun. part. 1.
q. pol. 4. P. Melanch. in Chron. l. 1. c. 30. Plin. l. 7. c. 56. qui testatur disertè facit,
quod Athenienses plurimum administrationem omnium invexerint primi. Hænon.
disp. 9. pol. th. 17. Schonborn. L. 5. pol. c. 1. Arnif. de Rep. l. 2. c. 2. sect. 1. Cic. 3.
de L. L. *(b)* Hoc Monarchiæ primordium contra Bodinum 2. de R. 2. à particu-
lari & uno individuo ad universale concludentem, cum Aristotele ex societatum
naturalium progressu deducimus. arg. eor. quæ disputat. l. 1. c. 2. l. 3. c. 11. & pol. 4.
c. 13. ut & 5. pol. 10. Senec. L. 1. de Clem. 19. Piccart. in comm. ad dd. Arist. loc. Ar-
nif. de R. d. l. Hænon. d. l. Vida. L. 2. de Reip. dign. l. un. q. pol. 4. in pr. de Mon. VVe-
renbergius progymn. pol. 8. th. 4. *(c)* Probatum inductione: Omnes enim pe-
nè populi unum imperij corpus unius regendum animo censent, & gentes omnes
regibus

regibus quondam paruerant, uti Cic. 3. de L. L. & Tacit. 1. Annal. testantur. Sic quoque Romani inde usque à Julio suos habuere Monarchas, Galli inde à Pharamundo, Hispani ab Athalarico, Poloni à Lecho, Bohemi à Zecho, Hungari ab Attila, Dani à Dano, Sueci à Magoga, Scoti à Phregusio, Angli à Britone & Engisto Saxone, quæ res historiarum annales replicanti minimè ignota esse potest. uti multis loquuntur Livius, Dyon. Halic. Aen. Sylv. Crantz. nec non Münster: Cosmograph. & alij. Schönborn: Hænon. Gerhard. & vulgo politici. Vnde sanè per Inductionem ut vocant Logici facilimè pro universali concludendum est sententia: Ita tamen ut benè perpendatur & observetur limitatio, inter id quod absolutè & ex ipsa natura rerum præstantius, & id quod per certas quasdam conditiones temporum, locorum, personarum, magis optabile est. Illud Aristoteles τὸ βέλτιον vocat. Ἡὸς τὸ ἀειστον. Hinc in Monarchia si naturam regiminis absolutè consideres, quid quæso præstabilius? At si spectes circumstantias particulares, humanasque imbecillitates, sæpè magis optanda Aristocratia, vel alia forma. (d) Quod à natura status Monarchici probari potest; Quia Monarchicus status omnium est simplicissimus, maxime ordinatus, & unus, quod autem simplex & maxime unum est, difficulter dividitur: & ubi omnia in unum quasi conspirant, ibi maximum duri à multitudine recessum oportet, id verò fit in Monarchia. Ergo mutationes & confusiones non ita metuenda in hac Reipub. forma, ut in alijs. Arnif. d. l. de R. sect. 2. n. 10. Bodin. L. 6. de R.

THESIS II.

Ejus autem vocabuli vsus, qui in frontispicio ignorandus non est, duplex invenitur, alius in Theologorum, alius politicorum scholis, (a) Hi describunt Monarchiam, quod sit imperium unius (b) ad communem utilitatem spectans. (c)

(a) Arnif. de R. L. 2. c. 2. Bernh. VVerenberg. d. l. 8. 6. C. Matth. pol. disp. 6. 8. 34. (b) Arist. 3. pol. 5. & 10. & 4. pol. c. 11. Desumunt autem hanc descriptionem à Monarchia materia ratione numeri vel Quantitatis considerata: Quæ unica esse debet, id est, una persona, quod ipsa quoque vocabuli denotatio ostendit. Dicitur enim ὁ μονάρχης, qui solus dominatur vel imperat. (c) Finis h. l. absolutus est publica utilitas, sine hoc enim fine Monarchia esse & diu consistere nequit. Clem. Timpler. L. 5. pol. c. 2. q. 41. Besold. d. class. 1. 8. 1. disp. 3. pol.

THE-

THESIS III.

Theologi autem paulo secus Monarchiam accipiunt, non pro absoluto unius imperio in subditos, sed pro latissima unius Reip. jurisdictione in mundi maximas partes (a) & in hac significatione describunt; quod sit imperium sua excellentia omnia alia mundi regna superans, sic, ut ad illud tanquam caput referantur, eiq; ex divina dispositione obedientiam debeant.

(a) Arnif. d. l. V Verenb. ibid. Peuc. in praefat. ad Chron. Carion. p. m. f. Helvic. in synops. Chronol. p. 3. Hanc Monarchiae significationem *καὶ ἐξ ὧν* ad definitionem Monarchiae politiam parum quadrare exinde patet: quod haec ex absoluto unius Imperio aestimanda veniat, illa autem ex eo ipso, quod quatuor solum Monarchiae secundum vaticinium Danielis sint constitutae, in quibus numerantur imperia totius mundi stantissima, potentissima & amplissima serie non interrupta, & ad quae caetera Mundi regna, in statua Nabuchodonosori ostensa, non representata & inclusa, mutuum quasi respectum habere debeant, ob peculiare causas, quas refert Peuc. in Chron. Car. l. 1. p. 29. Unde licet juxta vocabuli naturam, omnia regna & principatus superiores non recognoscentes recte Monarchiae nomine politicè veniant, tamen usus obtinuit ut quatuor illa, (de quib. in th. seqq.) duntaxat catholica mundi Imperia Monarchiarum nomine solum censeantur. El. Reusn. in Isag. hist. p. 170, Dan. Otto de Jure publ. l. 1. c. 1. assert. 2.

THESIS IV.

Nos jam missa priori, novissimam amplectimur, & sic Imperia Mundi summa sive Monarchias quatuor agnoscimus: (a) Quarum prima Babylonica, (b)

(a) Hac sententia tot seculis ab omnibus doctis est propugnata, oppugnata à nemine. Lutherus in praefat. ad Dan. c. 2. excepto unico Bodino de R. L. 4. c. 2. in fin. & in Meth. Hist. Cajus tamen sinistra interpretatio, tot ferè erroribus, quot verbis constans, merito exploditur & saniorum Theologorum, Politicorum, atq; Historiographorum retinetur sententia, stabilita ac confirmata tot gravissimis auctoribus. Eunc. Helvic. Bohem. Reusner. Theol. & Chronol. Arnif. de

Rep. f. 3. c. 2, L. 2. V. Verenb. d. l. th. 8. C. Matth. d. l. th. 35. Munst. Cosmogr. L. 1. c. ult. Peuc. ad Chron. Car. in praef. p. m. d. 8. Dan. Otto. d. l. Sleidan. de. IV. Monarch. (b) Hic notanda veniunt I. Ratio Appellationis. Quod haec Monarchia, alias Chaldaeorum nonnunquam etiam Assyriorum ob diversas Dynastias (ut mox dicetur) & locorum viciniam in quibus Reges vel Monarchae, alterna quasi vice regnantes sedem habuerunt, appellari soleat. Peuc. d. l. L. 2. c. 1. II. Convenientia cum Prophetia: praefiguratur autem haec Monarchia in vaticinio Danielis gemina visione, altera statuae, a Nabuchodonosore Babylo-
nicae Monarchae visae, & quidem per caput aureum. Dan. 2. altera vero bestiae (Leonis scilicet) Danieli quiescenti oblatae. Dan. 7. 8. 11. Secundum ipsius Prophetiae d. l. interpretationem. III. Ratio convenientiae triplex. 1. est principium, omniū enim prima fuit haec Monarchia. Luth. in d. praef. in Dan. c. 2. Helvic. in syn. chr. p. m. 13. 2. Nabuchodonosoris potentia, omnium enim Monarcharum fuit potentissimus, Dan. 2. v. 37. 3. Clementia. Populo namque quamvis refractario clemens mitisque extitit, Christ. Matth. d. disp. 6. th. 41. Helvic. d. l. Sleid. L. 3. de IV. Mon. p. 473. Reusn. in Isag. Chronol. L. 2. p. m. 176. (vbi aurea ad aureum caput hujus statuae invenienda applicatio, quam quoque Dan. Otto Origens. de I. pub. d. l. 1. c. 3. repetit) IV. Auctor primus & Epocha. Primum igitur hujus Monarchiae auctorem sacrae literae & historiarum monumenta agnoscunt Nimrodum, fortem coram Domino Venatorem, quem alij dicunt Belum. Qui circa annum clj lxxvii. post Mundi Exor. cxxxix. verò post. Dil. Sleid. de IV. Mon. L. 1. p. 4. 7. & 18. & ex comput. Helv. d. syn. p. 15. & Beh. Chronologi. primam hujus imperij Dynastiam armis constituere coepit. Gen. 10. Quae ad Sardanapalum usque xxxiii. Babyloniorum Regem per annos clj ccc. juxta calc. Munst. Cosmogr. l. 1. d. c. ult. Sleid. ibid. p. m. d. 8. duravit. Donec ob mores effœminatissimos A. Mund. clj clj clj lxxvii. & sal. ex Aquis. clj cccc. xxi. (uti ex superioribus facile liquet) à Phul Belochu, Babyloniae, & Arbace Medorum praefecto conjuratione facta in ipsius mortem, se ipsum ex desperatione, constructa pyra in ignem abiecit. Sleid. d. l. p. 17. V. Divisio hujus Monarchiae in duas Dynastias. Post enim illi duo, quos diximus Monarchiam inter se dividentes, duas fecerunt Dynastias, vnam Babylonis, alteram Medorum atque Persarum. Et inde diversa Monarchiae hujus nomina enata sunt. VI. Constituta rursus Monarchia vera Nabuchodonosor siquidem hanc antea disjunctam, vi armisque recuperatam Anno xxiv. regni sui iterum conjunxit. Jerem. 4. Sleid. p. 24. d. l. VII. Finis. Constat autem hanc Monarchiam durasse usque ad ann. Mundi clj clj clj cccxc. & inclusive ad Nabonidum Medum (quem Nabonidochu Meden Megasth. appellat) qui fuit Darius Medus apud Danielelem. Helvic. d. l. p. 16. Behm. decad. 1. observat. 9. in append. Chronol.

Chronol. p. m. 232. & communi suffragio in Regem electus testibb. pronomi.
auctot. quem alio nomine Labynithum seu gladium inclinantem Herodotus ap-
pellat. Peuc. l. 2. c. 2. in fin. p. 34. (reliquos quos attinet prima Monarchiæ
Reges post alios auct. numerat Peuc. Sleid. d. d. ll. Reusn. Func. Helvic.

THESIS V.

II. Medorum & Persarum.

Hoc loco itidem perpendenda sunt. I. Visio Nabuchodonosoris,
& Danielis. Denotant enim Monarchiam Pectus & Brachia argentea,
in statua Nabuchodonosoris; ut & utrusq. carnivoros Dan. d. l. II. Ratio
convenientiæ. Pectore quidem & brachiis. I. indicari putantur divitiæ hujus
regni. In Lib: enim Esth. c. 1. & c. 3. dicitur Hamanum Persici Regni Prin-
cipem Avero Regi 10000. talenta solvisse, & testis est Diodorus, Alexandrum
M. Susis captis invenisse in thesauris regijs argenti & auri non signati amplius
40000. talenta, & præter hæc 9000. talenta auri, moneta Daricæ: sic Curt. in ex-
pugnatione Persepoleos ait: L. 5. n. 6. ingentem pecunia vim inventam esse pro-
pe ut finem excederet. Nominat autem 120000. talenta auri & captis Pasagar-
di 6000. talenta. Vt & Plinius qui de victa Asia eum invenisse scribit pondo auri
34000. vid. Prophet. Esa. 45. v. 3. 2. Viso autem conferri existimatur propter fe-
rociam, & dominandi cupiditatem, unde ei dicitur: Surge comedere carnes
multas. III. Epocha & fundator. Cœpit autem hæc Monarchia de-
plumatis alii Leonis, & destructo capite aureo, sub imp. Cyri Persæ Anno
Mundi cl̄ cl̄ cl̄ ccc̄ xci. juxta Helvic. p. 29. Dil. cl̄ cl̄ cl̄ ccc̄ xxxv.
& ante Nat. Salvat. l̄ LVII. Behm. p. 126. Chronol. postquam ultimus Ba-
byloniorum Monarcha ob Idololatriam & blasphemias in DEUM exutus regno
Monarchia à Chaldeis ad Medos, & inde mox ad Persas translata esset
Peuc. L. 2. c. de sec. Mon: Sleid. p. 33. d. l. Thucid. L. 1. IV. Dignitas. Quem-
admodum argentum vilius auro deprehenditur: ita & hæc Monarchia longè
inferior fuit superiori. Quod quidem non tam de potentia quam dignitate in-
telligi par est; nam fuit sane potentiissima. V. Divisio in Dynastias: sicut
enim pectori duo inserta sunt brachia; ita quoq. hæc Monarchia in duas regni
Dynastias divisa intelligitur. Christ. Matth. d. l. th. 4. 1. quarum altera apud
Medos aliquantisper, altera apud Persas majori temporis intervallo fuit. VI.
Finis: qui fuit in Dario ultimo Persarum Rege (quem Codomannum vocat
Justin.) Peuc. d. l. de tert. Mon. p. m. 123. annis circiter cc. à tempore occupatæ
Asiæ, & ab initio Cyri ccc̄ xxix. qui coincidunt cum Ann. M. cl̄ cl̄ cl̄ l̄
cxix. Olymp. cxii. ann. ii. exclusis ab Olympiad. LV. ann. 1. ad Olymp:
cxii. ann. ii & Ante N. Christ. ccc̄ xxxix. & post Dil. cl̄ cl̄ ccc̄ lxiii.
Helvic. d. l. & in tab. Chronol. & Behm. p. 140.

THE-

THESIS VI.

III. Græcorum.

Simili quoque modo hic non negligenda veniunt. I. Appellatio: Hæc enim tertia Monarchia ab alijs dicta fuit Macedonica. II. Convenientia cum gemina visione: Depingitur autem per ventrem aeneum, Dan. 2. & Panthera sive Pardum alatum quadricipitem. Dan. 11. atque hircum quadricornem, qui arietem (Monarchia anterioris typum) prostravit & trucidavit, cornu suo è medio oculorum enato. III. Visionis applicatio specialis ad Auctorem. Hirci cornu Filium Philippi Macedonis Alexandrum Magnum, Græcorum Regem communi suffragio militum in Isthmo congregatorum, contra Persas belli ducem electum, Plutarch. in vit. Alex. Anno *cl̄o cl̄o cl̄o l̄o cxi v̄.* ob summam, admirandamque velocitatem denotari testatum facit Prophetia Danielis. c. 8. v. 20. & seq. Hic enim non secus ac tubæ clangor de repente pervadit: ita brevi temporis XII. penè annorum spacio famam suam totum peragravit terrarum orbem. Christ. Matth. d. i. th. 41. Reusn. in Isag. hist. p. 236. Dan. Otto. L. 1. d. l. concl. 5. Helvic. d. l. de III Mon. p. 38. & seq. IV. Epocha: Cæpit hæc Monarchia A. M. *cl̄o cl̄o cl̄o l̄o cxx.* Dil. *cl̄o l̄o ccc cl̄x iv.* ante C. N. *ccc xxx iix.* Post Darium VI. anno regni victum. l. Behm. in Chronol. append. Anno vero regni Alex. M. VII. quo Babylonem ingressus est. Peuc. L. 2. p. 123. V. Divisio in Dynastias. Alexandro verò in flore ætatis imperioque sui culmine ac Majestate immodico vino (instar Pardalis, quæ ab armatis non capitur venatoribus, sed vino sopita & venere) extincto, Peuc. d. L. 2. p. m. 125. in quatuor regna sive Dynastias versus quatuor Mundi plagas hæc Monarchia est distracta, eundem in modum, quo bestia pardali similis, quatuor alis, totidemque capitibus fuit insignita, & ex Hirci cornu magno quatuor alia cornua surrexerunt, versus quatuor ventos cæli. Primam enim Dynastiam Syriacam Seleucus Nicanor. ad Tigranum Armenia Regem. II. Ægyptiacam Ptolomæus Lagi Fil. ad Cleopatram Filiam Ptolomæi Auletæ. III. Macedonicam, Aridæus frater Alex. M. usque ad Perseum ultimum regem Macedonia, à Romanis victum & perpetuis carceribus mancipatum. IV. Asiaticam Antigonus ad filium usque Demetrium obtinuit & possedit, Sleid. l. 1. p. 57. Reusn. l. 2. Chronol. p. 237. Helvic. d. l. p. 14. & seq. Peuc. d. l. p. 126. V. Finis & tempus durationis: Quod huic Monarchiæ exactè à plerisque Chronologis & historicis assignatur CCC. ann. Quippe à Mortæ Alexandri ad mortem Cleopatræ *CCXCIV.* numerat Ptolom. his annu-merati anni à Darij morte VI. ex Diod. dant CCC. Helvic. d. l. p. 50. Qui imperij terminus incidit in A. M. *cl̄o cl̄o cl̄o l̄o ccccxx.* Dil. *cl̄o cl̄o cclxiv.* Urb. Cond. *DCCXXIV.* & à C. N. *XXIX. d. l.*

THESIS

THESIS VII.

IV. Romanorum.

Iam hoc quoque loco observanda sunt I. Elegantissima cum visione convenientia: Hanc etenim Monarchiam Daniel Proph. c. 2. de statua visionem explicans in tibijs ferreis & pedibus ex ferro lutoque mistis, collocat. De bestijs vero describens visionem suam c. 7. eandem Monarchiam depingit prae grandis, horrendae, monstrosae & robustae beluae imagine, quae dentibus suis ferreis longè lateque sit grassatura. Reusn. Chronol. L. 2. de Aquil. Rom. p. 255. D. Otto. L. 1. p. 20. & seq. Schönborn. c. 5. L. 5. pol. II. Applicatio genuina ad bestiam. Huic bestiae omnia attribuuntur quae praecedentibus singula fuisse sacrae & profanae loquuntur historiae, uti rectè notavit B. Hieron. Similis enim fuit Pardo, os habuit leonis, pedes ursi, atque hac ratione ex prioribus bestijs veluti coaluit, ferocia potentiaque non tam in dominandi cupiditate, quam in persecutionibus sub Ethnicis Imperatoribus, & post sub Antichristo bestia coccinea, Apoc. 17. v. 3. 4. & 6. consistente sevitia, omnes alias bestias longè superans. III. Ratio cur bestia sit anonyma: Extra autem omnem dubitationis aleam haec ferocia causa extitit, quod Dan. c. d. nullo addito nomine certam bestiae speciem designare voluerit: Quam tamen ad multiplicem etiam politicae formam, ut & varias mutationes referre, incongruum haud fuerit. IV. Ratio gemina applicationis sive collationis cum pedibus statuae partim ferreis, partim luteis. I. Tibijs in statua Nabuchodonosorea praefigurata fuit ferreis, 1. Quod, sicut ferrum omnia comminuit: ita Romana potentia domitis & attritis omnibus alijs mundi regnis imperavit $\kappa\acute{\alpha}\sigma\eta\ \tau\eta\ \sigma\iota\kappa\alpha\ \omega\delta\eta\eta$, Luc. 2. 2. Quod sicut ferrum est durissimum, ita hoc quoque imperium longè duravit, Dan. 7. v. 9. 26. & 2. v. 45. II. Pedibus confertur ex parte ferreis, ex parte fictilibus 1. Quod divisum fuerit Imperium: alterum occidentis, alterum orientis ipso Dan. interp. 2. v. 41. 2. Quod modo major, modo minor illius imperij potentia fuerit, interim tamen ferri plantario tantum roboris habente, ut illud ante destinatum à DEO tempus nemo extirpare, aut funditus delere valeat. Reusn. d. l. de Aq. R. & p. 52. Helvic. & vulgo Historici.

THESIS II X.

Hanc verò Monarchiam ultimam, ut rectius pernosci queat temporum series, in quatuor ARTI-

B

CULOS

culos distinguimus, ita, ut primus sit Iulianus sive Imperatorum Ethnicorum.

Non extra disputationis carceres esse ducimus hic quoq; nonnulla monere, in his 1. est Antiquitas Romani regni. Hujus enim origo ex Trojana emerfit excidio, juxta Jun. apud Virg.

*Certè hinc Romani olim volventibus annis
Hinc fore Ductores revocato à sanguine Teucris,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent;*

Pollicitus. — — — & paulo post:

His ego nec metas rerum nec tempora pono,

Imperium sine fine dedi — — —

Vid. & Livium, Valent. Först. l. 1. hist. Rom. c. 2. Lipstium de Magn. R. & Novell. 47. in p̄s̄fat. II. Palilia, urbis epocha, sive C. R. De qua sane tot ferè sunt opiniones, quot unquam de hac re fuere scriptores. Nobis tamen simplicior & verior est sententia eorum, qui Urbem à Romulo & Remo, Germanis ex Rhea Sylvia, coloniã ex Alba & alijs locis deducta, conditam cum Varone astruunt. A. M. c l̄o c l̄o c l̄o c x c v l̄i. ante C. N. l̄o c c l̄i. à Dil. c l̄o l̄o x l̄i. Behm. c. 3. tit. 1. l. 2. Chronol. Dan. Otto. d. l. c. 2. III. Epocha Monarchiæ Rom. Non verò statim cum ipsa Vrbe hæc Monarchia cœpit, sed initium habet à C. Iulio Cæsare, post Pompejum devictum A. M. c l̄o c l̄o c l̄o l̄o c c c c l̄i. Dil. c l̄o c l̄o c c x l̄v l̄i. Urb. Palil. l̄o c c v l̄i. ante Nat. Salvat. x l̄v l̄i. Behm. in append. d. Chronol. p. 164. Helvic. d. l. p. 60. & tab. Chronol. IV. Ratio denominati articuli: A potiori verò & majori quum fieri ferè soleat denominatio, haud alienum hic quoq; fuit articulum hunc à primo fundatore & potiori hujus Monarchiæ causa Iulio, IULIANVM appellitare, & id in sequentibus quoq; observaturi sumus. V. Epocha Christiana, sive Nativitas Salvatoris & Mediatoris unici, qui natus ex virgine Maria, in ultima hac Monarchia imperante Augusto Cæsare in hunc Mundum prodijt. A. M. c l̄o c l̄o c l̄o l̄o c c c c x l̄i x. Dil. c l̄o c l̄o c c x c l̄i. Urb. C. l̄o c c l̄i. Epoch. Mon. Rom. x l̄v l̄i. Augusti Imp. x x v l̄i. Olymp. c x c l̄v. ann. III qui est annus Olympiadicus, sive Iphit: l̄o c c l̄x x v. & Behm. d. l. p. 166. Helvic. d. l. p. d. 60.

T H E S I S I X.

II. Constantinianus, sive Imperatorum Christianorum.

Hic

Hic Articulus quem **Constantinianum à CONSTANTINO M.** ap-
pellatum volumus consideranda nobis præbet. I. Epocham : quo tempore ni-
mirum cæperit, Hanc autem Ann. æræ Christ. CCC VI. U. Cond. cl^o L I I X.
Mundi cl^o cl^o cl^o cl^o c c L x v. cæpisse, testis est Helvic. d. l. pag. 59. & 68. cui nos
merito calculum & hoc in loco addere non dubitamus. II. Divisionem in
Dynastias. His enim Const. M. prius quinq; è medio sublatis, & extinctis ty-
rannis solus rerum potitur, Monarchiamq; sub ethnicis Imperatoribus miserè
afflictam; Peuc. L. 3. p. 257. & seqq. ad Christianos transfert (unde Christia-
norum Articulus dicitur) & primus pacem Ecclesie constituit, eamq; à perse-
cutionibus respirare facit, militibus non Christianis exauctoratis, & in pagos re-
missis (unde pagnorum nomen usurpari cæpit) Anno verò regni sui xxx. vi-
tam cum morte commutavit, non absq; veneni suspitione (Eutrop. 10. Oros. L. 7.
c. 28. Socrat. L. 1. c. 26. Niceph. 8. c. 54. & 55. Augustin. de Civ. DEI L. 5. c. 22.
Münster. L. 3. Cosmogr. c. 56. in Constant. in fin.) imperij filios suos Constantium
& Constantem reliquit hæredes. Niceph. d. l. d. c. 54. Euseb. L. 4. c. 51. Zosinus
L. 2. Peuc. L. 3. p. 269. lit. C. Sleid. de IV. L. 2. p. m. 214. Crantz. L. 3. in Constant.
Qui duo Filij Anno æræ Sal. c c c x l v i i. U. Cond. cl^o L x x x i x. Mund. cl^o
cl^o cl^o cl^o c c L x x x v i. Imperium in duas diviserunt Dynastias. Et quidem
ille Orientis, hic cum fratre Constantino Occidentis Imperium obtinuit, & ad-
ministravit. In horum filijs atq; successoribus, fluctuans & inconstans Imperij
fuit regimen, quod modò in Oriente, modò in Occidente celebrius extitit. III.
Durationis tempus, quoad Dyn. Occid. Augustulus autem I l. Imperat.
(per contemptum sic appellatus, Sleid. L. 2. de Mon.) expulsus ab Odoacro cum in-
genti is stipatus manu Herulorū ex Pannonia in Italiam venisset, Procop. de bello
Goth. L. 1. Aretin. de bello Goth. L. 1. Sleid. d. l. An. æræ Chr. c c c c L x x v i. cessan-
sè fecit Imp. Occid. virtutem ut oppressa & sepulta quasi jaceret, instar igniculi
latitantis sub cinere per annos cccxxv. usq; ad Carolum M. qui illud Imperiū
recuperatum ad Germanos transtulit. Qua de re paulò pòst. In hoc Articulo
obiter quærere lubet : Quid sentiendū sit de donatione Const. M? Re-
spondemus intrepitè hanc donationem purè ementitā, insuper argumenta Pon-
tificiorum pro affirmativa, efficta sententia, talia ferè esse, qualia sunt à duobus
luminibus ad Papam & Imperatorem, & à quatuor humoribus corporis huma-
ni elementaribus, ad quatuor gradus Consang. & Affinit. prohibitos. Consu-
lantur ea de re, Crantz. L. 3. rer. Sax. c. 3. Reinkingk. L. 1. classe 2. c. 3. de Regimi-
ne secul. & Ecclesiast. Münst. L. 3. Cosmogr. c. 51. Everhard. in Top. in loco à ve-
risimili. Schneidvv. in procem. Inst. ad rubr. n. 8. ibi VVesenb. in apost. ad lit. C.
Heig. in Epigr. procem. Inst. Auton. Coler. in disp. de Jur. Imp. Germ. 9. 4. Rudolvh.
Hospin. de orig. & usu templ. L. 2. c. 2. nec non Cujac. L. 1. Respon. Papinian. ad l.
legatus. ff. de off. præsid. & alij.

THESIS X.

III. Justinianus.

In hoc articulo notanda veniunt post I. nominis appellationem à Justiniano Iustini infimæ conditionis homine, tandemq; Imperatoris facti, è sorore nepote, desumptam. II. Epocha hujus articuli quæ est in Justiniano Imperatore, Ann. Sal. Hum. 10 XXVII. Urb. Cond. 10 c c LXXIX. III. Finis: Durationis autem tempus (quoad hic etiam articulus, dum Constantinopoli res satis tumultuosè agebantur, Sleid. L. 2. de Mon. IV. tandem defecisse legitur) Annor. est c c LXXIII. usq; ad Constantinum VI. Imperat. Constantinopolitanum, Matris consilio exoculatum, ultimamq; divisionem imperij in Orientem & Occid. A. C. 10 c c c & à M. Cond. 10 c 10 c 10 c 10 c 10 c c XLIX. Ita ut rectè dixerit Iornand. L. r. In his saepe regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant Meibom. ad Sleid. de IV. Mon. III. Finis regni Gothici in Italia: savissimis verò bellis Gothorum Italiam miserè devastatam Justinianus una cum Africa iterum recuperavit, & antequam mortem obiret, ex filia nepotem Iustinum II. Imperij socium assumpsit, Hic legato Narsete per Italiam missa cum exercitu, mutuo Herulorum & Longobardorum ope, OstroGothos omni Italia expulit, eamq; mortuo Totila, & victo Teja per annos XVI. obtinuit. IV. Regni Longobardici in Italia Origo: At revocatus à Cesare Iustino Legatus Narses ad pensa in Gynaceo, ulciscendi sui causa verè telam exorditur, quàm superba Imperatoris conjux pertexere minimè poterat. Missis enim Legatis, qui tunc in Pannonia confederant A. C. 10 LXIIX. excitavit Longobardos, quorum auxilio ante adversus Gothos usus erat, ut sede illa relicta Italiam repeterent, partemq; illam fructuosissimam, ad hoc usq; tempus ab ipsis denominatam, occuparent. Hi itaq; conspectis ante pulcerrimis Italiae urbibus & splendore, hujus petitioni facilimè locum dederunt, & ultro ingressi sunt. Peuc. L. 3. p. 343. eamq; annis CCVI. obtinuerunt ab Alboino primo Rege usq; ad Desiderium, à Carolo M. An. Epoch. Sal. 10 c c LXXIII. victum, Sigbert. Iovius. L. 1. Elog. & ex illo tempore desitum est Romæ Latine loqui An. post Nat. Mess. 10 LXXX. & c. V. Initium & finis Exarchatus in Italia: Porro Iustinus novum contra Longobardos instituit Magistratum qui Exarchatus dicebatur; Et erat Exarchus ille tanquam Cesaris vicarius atq; legatus Constantinopoli missus, Ravennæ habitans. Sleid. L. 2. de Mon. p. 275. Peuc. L. 3. p. 341. Münst. L. 2. Cosmogr. c. 57. Quæ quoq; Exarchatus dignitas Annis c LXXV. duravit, Peuc. p. 352. d. l. Anno enim Chr. 10 c c XLIII. & Mund. Cond. 10 c 10 c 10 c 10 c 10 c c cxi.

Raven-

Ravennā à Luitprādo Longobardo (quem Aistulphum Longobardum Peuc. p. d. 352. l. 3) capta, Exarchatui finis est impositus Helv. tab. Chronol. Post autem ad Pontifices hac potestas transit Helvic. d. l. Sleid. l. 3. p. 330. V. I. Mahumetici sive Turcici regni origo: Hujus Articuli tempore Heraclius Imperator contra Persas impari successu ope Saracenorum, vel Arabum Scenitarum militans, Saracenos defraudavit stipendiis suis, & ansam illis praebevit, ut maxima cum multitudine & magno Christiani urbis exitio deficerent: Anno Christi 196 x x i i. Helvic. d. l. Reusn. l. 2. Isag. Chron. p. 365. Atq; Mahomete homine obscuro genere nato, verum astuto & audaci, belli duce constituto per Syriam grassantes Damascum Anno Chr. 196 x x x i v. occuparent, Aegyptum vastarent, Arabiam subigerent, & contra Persas expeditionem susciperent, urbemq; Hierosolymam A. Chr. 196. x x x v i. caperent, auctusq; cotidie viribus, magis magisque P. R. Majestatem & Imperium Orientis, deficientibus alijs subinde populus affligerent. Sleid. L. 2. p. 281. & seq. Münst. L. 4. Cosmogr. c. 104. juxta vaticiniam Danielis, cum praedicat, quartae Monarchiae distractionem per cornu illud parvulum in belua anonyma praefiguratum, quod de decem illis cornibus, (h. e. Imperij R. partibus, 1. Africa, 2. Asia, 3. Aegypto, 4. Graecia, 5. Syria, 6. Hispania, 7. Italia, 8. Germania, 9. Gallia, 10. Britannia) tria revellat, Aegyptum sc. Asiam, Graciam, & oculos & os habeat, novumq; doctrinae genus in DEVM contumeliosae proponat, & bella gerat adversus sanctos. Dan. 7. Sleid. L. 3. de Mon. p. 474.

THESIS XI.

IV. & ultimus Imperatorum Germanorum; qui commodè dispesci potest in quinque Dynastias: quarum primam Carolidarum constituimus.

In hoc Articulo ut & in superioribus, pernoscenda sunt: I. Duplex translationis causa: Una Principalis seu prima, quae est DEUS. l. 1. C. de Vet. l. En: & in pr. Const. de concept. Dig. N. 28. c. 4. in fin. ibi: Hanc nos Deo ferendam gratiam putamus, qui Imperij nobis coronam imposuit, & c. Altera minus principalis sive secunda sive Instrumentalis, quae est Carolus cognomento Magnus, filius Pipini (à quo nomen hujus articuli) qui Imperij R. partem hanc Occidentalem, inde usq; à Constantino M. non externis bellis solum devastatam, verum & quae domesticis quae civilibus disidiis enervatam, partim bellica vi; Partim S. P. Q. R. voluntate, electione & suffragio; (qui turpe esse putabant Imperium à muliere Irene Imperatrice post excoecatum filium Con-

stantinum teneri. Arum. discurs. l. publ. 3.) Partim deniq; jure transactionis
 seu Imperatorum Constantinopolitarum consensu atq; approbatione. Aventin.
 l. 4. Sleid. l. 3. d. l. Paurm. ist. de Jurudict. l. R. l. 2. c. 1. n. 10. Schönborn. d. l. 5.
 pol. c. 4. Arnif. de l. Maj. l. 1. c. 2. n. 4. & de Rep. l. 2. c. 6. sect. 5. n. 16. Romani
 Imperij Majestatem ad Germanos suos derivavit. Cluten. in syllog. rer.
 quot. th. 4. Imperatores enim R. à Const. M. usq; tempore, quoniam &
 longius aberant, & Italiam bello ardentem negligebant, aut etiam defendere
 non poterant, insuper quoq; graviter à Romanis dissidebant Episcopis, externis
 populis eam diripiendam permittebant. Qua de causa externa defensio erat
 adhibenda atq; ad illustrissimam & potentissimam Francorum familiam
 confugiendum, Caroliq; fides & potestas ad propulsandos hostes imploranda.
 Sleid. de IV. Mon. l. 2. p. 305. Dan. Otto de d. l. p. 66. & seq. Peuc. l. 3. p. 349. &
 alij. II. Epocha Imperij Carolini: Non tamen statim post ingressum pri-
 mum in Italiam Imperator factus est Carolus M. sed aliquoties ex ea regressus
 Saxones annis 31. (Eginhard. auctor est) Saracenos, Bavaros, Græcos, Vanda-
 los, Hunnos, & c. subinde rebellantes, debellavit. Crantz. l. 2. c. 2. 4. & 6. Sleid.
 d. l. Peuc. 3. l. p. 349. Chytraeus l. 3. tom. 1. Tandemq; quartum Romam pro-
 sectus, à Leone III. & ab omni populo R. feris Natalitiis 25. Decembr. saluta-
 tus est Imperator Augustus, cum jam regnasset annos XXXIII. Blondus decad.
 2. l. 1. Eginhard. Münst. l. 3. Cosmogr. c. 16. & 19. Anno à N. C. 1000. à
 M. Cond. 1000. Imperij autem axioma tenuit ann. XIII.
 & Ludovicum Pium filium adhuc vivus, Imperatorem proclamari jussit,
 quem variè exagitarunt filij instinctu Episcoporum, quibus Imperator arroga-
 tam potestatem concedere detrectabat; ac conspiratione facta, Anno regni XVII.
 Christi vero 1000. Subsequuto deinde ann. XX. Chr. era 1000. captum quoq;
 vinculis detinuerunt, usq; dum exactis sex mensibus magno Populi
 cum applausu, restitueretur. Postmodum filius ejus Lotharius, cum fratribus An.
 à C. N. 1000. bello sopito, factaq; transactione Ludovico Germaniam &
 Gallie partem, Carolo Galliam possidendam concessit, ipse contentus Italia
 & Provincia Narbonensi, Imperium obtinuit A. C. d. 1000. XL 1. & c.
 III. Anni & tempus durationis: Duravit autem hic Terminus seu Dyna-
 stia An. CXX. usq; dum Conradus Franconie Dux ab Ottone senio jam con-
 fecto, imperiumq; oblatum recusante, Imperator salutatus est. Hic verò jam-
 jam moriturus, hosti suo Henrico Aucupi Saxoni sceptrum & insignia Imperij
 publicum commodum privatis preponens inimicitis, tradidit. An. à Sal. N.
 1000. Mund. Cond. 1000. Crantz. l. 3. c. 1. rer. Sax. Questio quoq; hic non in celebri movetur: Qua ex natione
 oriundus fuerit Carolus M? Respondemus nos; quod ex Germanorum gente
 antiquis-

antiquissima Francis, contra Bodinum, Germanici nominis atq; Imperij osorem
& rosorem, qui Carolum, Gallum, in Gallia natum lingua quoq; moribus &
instituti Gallorum cum Majoribus una suis educatum scribit, in Meth. Hist. c. 7.
l. 1. de Rep. p. 175. & ibid. 227. Assertionis autem nostrae adducimus fundamen-
ta haec 1. à Patria. Natus enim fuit Ingelheimj, Urbe duobus ferè miliari-
bus à Moguntina distante. 2. ab habitu Germanico quo usus est, ut & mori-
bus, id est, Germana integritate & dexteritate. Cuspin. in vita ejus. 3. à lin-
gua vernacula. Germanico enim idiomate Grammaticam conscripsit, Crantz.
l. 2. c. 7. & 8. Avent. l. 4. Mensibus item & ventu nomina indidit Germanica.
Cuspin. d. l. quibus etianum utimur, Sleid. l. 3. p. 333. Crantz. d. l. Cluten in syl-
log. rer. quot. 8. 4. lit. F. Bellarm. de translat. Imp. R. à G. ad Germ. Dresser. in
confut. comment. opin. Otto c. 5. p. 74. d. l. Peuc. l. 4. p. 424. & 437. Munsterus au-
tem l. 3. Cosm. c. 16. utrumq; defendi posse ait: sive Carolum qui Gallum, sive
Germanum dicat; idq; ratione primæve originis. Veriorem tamen esse eorum
sententiam, qui Germanū ipsum dicunt, d. l. & ibid. cap. 386. Pari quoq; ratione
non ineptè queritur. An Imperium hoc nostrum rectè dicatur Romanum, cum
ad Germanos sit translatum? An verò conjunctis vocibus Romano-Germa-
nicum? Sano si id accipiatur sensu utrumq; concedimus, contra Bodinum in
Meth. Hist. c. 7. ad sui nominis, regniq; Gallici gloriam, illud stomachosè negan-
tem. Rationes nos movent sequentes 1. Quia Rom. Imp. ejusq; sede, ab urbe Ro-
ma Constantinopolin translata. Romanum tum nihilo minus semper fuit Impe-
rium, & ipsi Byzantini Principes, Romani Imperatoris se titulo minimè abdicar-
unt, ut ex eorum rescriptis & exemplis apparet. 2. Quia major est orbis (ut ait
Baldus) quàm urbis auctoritas, neq; in parietibus, sed in aris & focus est Respub.
Iccircò Rom. Imp. quod successivè ad nostra tempora & finis pervenit, non an-
gusto loco includendum est, cum Roma sit, ubicunq; Imperatoris est curia, Heig.
part. 1. quest. illust. 2. n. 31. Schönb. d. l. 5. c. 4. Buxdorf. in dissert. ad Aur. Bull.
concl. 2. lit. H. Arum. discurs. 1. pub. 2. Cluten; d. l. 8. 1. Alciat. in Libro de formula
Rom. Imp. 3. Quia iisdem utitur insignibus videlicet duabus aquilis expansis alis
se invicem obtegentibus (non enim biceps est ut existimant non nulli Arithm.
coroll. 4. disp. 1. ad Inst.) quibus olim prisca utebantur Rom. Imperatores. Sicut
autem cognominis similitudo inducit præsumptionem agnationis: ita etiam insig-
nium identitas ostendit ejus rem esse, qui illa insignia habet (vox est ICTI) sig-
num siquidem præsumtivè probat rem esse ejus, cujus est signum? Et cui signum
eidem & signatum competit. 4. Quia tale nostrum est Imperium, quale fuit
translatum. Translatio enim semper censeatur fieri cum suis qualitatibus. Hinc
si non deberet dici Romanum non rectè diceretur translatum, sed rectius de no-

foribus annis circiter LXXXIIX. ad An. erae Sal. c10 cLXXXVII. quo Se-
labeddin vel Saladinus Sultanus Saracenus Aegypti, victo Guidone Hierosoly-
mam recuperavit unde & adhuc à Saracenis tenetur.

THESIS XIV.

IV. Suevorum.

Superiori Romani Imp. Dynastia extincta, nova Suevorum subsecuta
est, in qua notanda sunt I. Auctor primus: Filius Friderici Sueviae Du-
cis Conradus III. Sueviae Dux, qui comitijs, quae Electionis causa Mogun-
tia indicta erant, Confluentiam translationis, eligebatur Imperator; quamvis
Henricus superbus Bavarus Lotbarij gener electioni contradiceret, & imperij
insignia à socio accepta vi apud se retineret. II. Primordij annus. Qui
fuit c10 cXXXIIX. erae Christ. cl3 cl3 cl3 cl3 cl3 LXXXIIX. Mund.
cond. cccxxxvii. Transl. ad Germ. testis est post. Peuc. L. 4. p. 617. &
alios, Helvic. d. syn. Chronol. p. 88. III. Durationis anni: Caterum
& huic Dynastiae finem imposuit Richardus Angliae, Regis frater, qui partim
seditionibus in Anglia detentus, partim ob AntiCaesarem Alfonso Hispaniae
Regem ab alijs principibus electum, at tandem sponte se abdicantem omne
tempus ab electione ibidem consumpsit, Imperijq; statum reliquit satis turbulen-
tum usq; ad Ann. Nat. cl3 cclxxxiii. Transl. Corolin. cccclxxxii. Du-
ravit itaq; annis cxxxv. Sleid. L. 5. de Mon. p. 426.

THESIS XV.

V. Imperatorum à septemviris electorum.

In hac Dynastia I. Primum auctorem facimus Rudolphum Habsbur-
gium, unanimi Senatus septem-virorum consensu è castris ad Basileam, evoca-
tum & Francofurti solenniter electum Imperatorem, Peuc. L. 5. p. 725. Helv.
d. l. p. 92. Hic itidem à Pontifice coronari noluit: sed Romam vocatus, ut Ita-
liae sese committeret persuaderi non potuit, narrans apologum Aesopicum de
vulpe non adire volente egrotantem in spelunca Leonem.

— — — sed me vestigia terrent

Omnia te vorsum spectantia, nulla retrorsum.

Summa autem cum laude imperio praesuit, & quatuordecim bella confecit,
usq; dum in oppido Germersheim ad Rheni ripam sito ex hac vita discessit.
II. Tempus exsurgentis, hujus Dynastiae constituimus Ann. erae part. Vir-
gin.

gin. clcccxxii. Transl. Carolin. ccccxxii. &c. III. Dura-
 tionis terminum, Hujus ultimæ Monarchiæ eundem fore cum Mundi termi-
 no vix dubitamus. Divinâ autem protectione hæcenus facta tecta stetit hæc
 Dynastia, & ad annos jam cccxlviii. circiter per tot laudatissimos Im-
 peratores continuata; nuperrimè ad FERDINANDVM Augustum, Moder-
 num Imperatorem, (cujus regimen, faustum, fortunatum, & Ecclesiæ Reiq; publ.
 salutare jubeat esse D. T. O. M.) felicibus auspicijs legitimè devoluta est. Et
 licet turbulenti, recrudescentesq; motus subinde extiterint, & adhuc cotidie
 dissidia gravissima, bellaq; periculosissima nobis ante oculos sint, quibus Imperiũ
 hoc paulatim magis magisq; enervatur & debilitatur, ut vix illius prisce va-
 stissimi corporis umbra quedam appareat, juxta prædictionem divinam in sta-
 tua Nabuchodonosorea. Tamen, quia Aquila senio non oppetit, nec ægritudine,
 (Plinius auctor est) & immunis est à fulmine; & quia Planta pedis est ferrea
 manebit firmamentum ejus, neq; vi confringi humana ulla, & à Germanis a-
 velli, multo minus quinta constitui Monarchiæ poterit, sed ad πᾶν ἄνθρωπον usq;
 extremi judicij perdurabit quod disertis verbis ostendit Angelus apud Danie-
 lem c. 2. v. 26. & ibid. Lutherus in præf. ad Dan. Helvic. in Chronol. syn. p. 58.
 & seqq. Reusn. p. m. 461. Sleid. p. 480. L. 3. Sed ne hac in parte Theologicam
 messem attingere videamur, levi penicillo deposito, de rabula manum tollimus.
 Hæc verò pingui solum minerva delineavimus; (siquidem fieri non potuit, ut
 omnia & singula hac facientia exiguo huic opusculo includi possent.) eaq; cu-
 juslibet saniori judicio subjicimus, atq; MONITI MELIORA SEQUIMUR.

C O R O L L A R I A.

I.

DE tempore, quo gloriosissimum septemvirorum col-
 legium cœperit, variæ apud varios auctores sunt opiniones:
 Nobis verò persuasum est, illud in principio non certa aliqua Im-
 peratoris Constitutione introductum, sed proximè ante Ludovi-
 ci Bavari tempora ab Electoribus bono in hac re consilio inven-
 tum, sensim natum & consuetudine insensibiliter firmatum, tandemq;
 illud, quod sub Ottone III. non admodum congruenter erat di-
 spositum à Carolo IV. per A. B. (ne ulla deinceps dubitatio re-
 maneret) planissimè esse confirmatum. Heig. part. 1. q. illustr. 3. per
 tot. Arnis. de Rep. l. 2. c. 6. sect. 5. n. 10. & seqq.

II.

Imperium R. priscis temporibus fuisse hæreditarium ex histo-
 riarum fide augustissima satis apparet. Hanc tamen successionem


hæreditariam moderna eligendi consuetudo septemvirorum,
quod omnino suppresserit, autumamus.

III.

Quamvis humili & obscuro loco nati, prorsus excludi à Ma-
gistratu nequeant, ut vulgo probant Politici. Ad Imperij tamen
R. fastigium nulli aditum concessum esse credimus, nisi illustriori-
bus & nobilioribus prognatus sit parentibus: ita ut non solum
Princeps, verum etiam Comes Imperator creari queat. Et exem-
pla habemus in V Vilhelmo, Rudolpho, Adolpho, Gunthero, de
quib. ap. Hist.

IV.

Cum omnium fere politicorum sententiâ approbetur. Quod
originarij regulariter extraneis sint præferendi, quum melius sci-
re censeantur mores & LL. ejus provinciæ ex qua sunt oriundi. Ie-
circo ad I. R. non Gallum, non Hispanum, & c. sed solum Germa-
num, & à Germanis parentibus natum, eligendum statuimus, ad-
ducti Constit. Ottonis III. Peucer. lib. 4. in Ott. III. p. 512. Munst.
L. 3. Cosmograph. c. 23.



E Gregiè rutilum splendet radiante Smaragdo
Aurum: sic digiti jaspis in articulo.
At magis egregio splendescit lumine culta
Notitia historiae in Furis utraq; via.
Euge age, non segni studio lustrare theatrum,
RABNERE, historicum, cura sit ulterior.

Præstantis. Dn. Præsidi
sympatriotæ & amico suo

Gratul. fac.

M. Abrahamus Menius.

F I N I S.



W 0 7

Dr
D



Doctiss.
MENIO,
ymnasij,
;
eximio
Türcken/
dignifs.
fidelissimo.
erito.
ervantia cul-
is.
nis testificanda
mentum
bener/Præses.

ri &
n.60
ope
Mur
IN
R
fit a
hab
num
mo
q. po
quod
disp.
de L
lari
natu
c.13.
nis.d
renb
nè p

